



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

201. Tria testimonia divinitatis Christi: ac primum à Ioanne.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso; & potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. *Ioan. 5. v. 24. 25. 26. 27.*

II. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. *Ioan. 5. v. 28. & 29.*

III. Non possum ego à meipso facere quidquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. *Ioan. 5. v. 30.*

MEDITATIO CCI.

Didagma VII. Tria testimonia divinitatis Christi: ac primum à Ioanne.

I. **S**I ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Alius est, qui testimonium perhibet de me: & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me. *Ioan. 5. v. 31. & 32.*

II. Vos

II. Vos misistis ad Ioannem : & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio : sed hæc dico, ut vos salvi sitis. *Ioan. 5. v. 33. & 34.*

III. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus. *Ioan. 5. v. 35.*

MEDITATIO CCII.

*Didagma VIII. Alterum testimonium
Divinitatis Christi, ab operibus.*

I. **E**GO habeo testimoniū majus Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiā ea ; ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. *Ioan. 5. v. 36.*

II. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me : neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis : & verbum ejus non habetis in vobis manens : quia quem misit ille, huic vos non creditis. *Ioan. 5. v. 37. & 38.*

III. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me : & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio.
Sed